

Q. D. B. V.
POSITIONES MISCELLANÆ
D^E

EMPTIONE VEN-
DITIONE,



QVAS
PRÆSIDE

VIRO *Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo,
atque Excellentissimo*

DN. JOH. HENRICO
FELTZIO,

J. U. D. Pand. & Jur. Can. P. P.
Ord. Capit. Thom. Canonico,

*SOLENNI Eruditorum Disquisitioni
sistit*

Ad d. xxviii. Aprilis M DCC XIX.

JOHANNES FRANCISCUS
CREITTE, Theodonis-Villanus,
A. & R.

ARGENTORATI,
LITERIS JOHANNIS PASTORII.

iss. jur. civ.

176, 32

MATRI
SUÆ
DILECTISSIMÆ
ET
MAXIME HONORANDÆ
SACRUM.

(I)



S. V. T. S.

POSITIONES MISCELLANÆ

De

EMPTIONE VEN-
DITIONE.

POSITIO I.



Riginem Emptionis Venditio-
nis à permutationibus coepif-
se, non obstante *S. 2. Inst. de*
Empt. Vend. affirmamus.

POS. II.

Emptio Venditio regulariter quidem
liberæ voluntatis est; ex justa tamen causa
subditi à Magistratu & ad emendum &
ad vendendum cogi possunt.

POS. III.

Potest etiam Magistratus Subditi in-
jungere, ne extraneis frumentum vel res
similes vendant, & prohibere, ne divites
ultra certam quantitatem emant.

A 2

POS. III.

Pretium in Emptione Venditione regulariter in pecunia numerata tantum consistere debet; potest tamen quoad partem in re alia consistere, modo contractantes expressè declaraverint, quod Emptionem contrahere velint, & non alium contractum. Nihil autem interest, an pecunia numerata præ re alia prævaleat, an vero pecunia numerata & res aliæ sint æqualis pretij.

POS. V.

Quæritur, an actio injuriarum æstimatoria possit vendi? nos, quamvis plurimi Dd. negativè respondeant, hanc tamen quæstionem affirmandam esse existimamus.

POS. VI.

Venditor, qui ignorans rem alienam vendidit & tradidit, ante justam evictionem ab Emptore conveniri nequit.

POS. VII.

Venditio rei alienæ valet, etiamsi venditor sciverit, rem esse alienam. Sed an hæc etiam regula obtineat, si Emptor id non igno-

❧ (3) ❧

ignoraverit, quærunt Interpretes? Nos
negativam defendemus.

P O S. VIII.

Rei venditæ, licet nondum traditæ,
periculum ut ad Emptorem spectet, æqui-
tati haud repugnat.

P O S. IX.

Emptionem Venditionem rei alicujus
momenti uno nummo fieri non posse di-
cimus.

P O S. X.

Venditor ad rem præcise tradendam
tenetur, nec interesse præstando liberatur.

P O S. XI.

Quamvis error circa personam, cum
qua Emptio Venditio contrahitur, faciat,
ut nihil agatur: attamen errorem respe-
ctu qualitatis commissum non impedire,
quo minus contractus sit validus, per l. 3.
ff. ad SC. Maced. affirmamus.

P O S. XII.

Si autem circa pretium erratum fue-
rit, & Venditor majus, Emptor vero minus
intellexerit, tunc contractus est nullus.

A 3

P O S. XIII.

POS. XIII.

Sed viceversa, si Venditor, respectu pretij minus, Emptor verò majus intellexerit, valet contractus, atque pretio minori Emptio censetur conclusa.

POS. XIV.

Amborum contrahentium consensus circa Emptionis Venditionis rescissionem ita est necessarius, ut etiam, si duplum offeratur, aut adversarius ex sua parte contractum non impleverit, tamen neuter altero invito à contractu possit discedere.

POS. XV.

Querela ob læsionem enormem, non obstante consensu geminato & reiterato, rectè instituitur.

POS. XVI.

Qui pro re decem valente sedecim solvit, remedio l. 2. Cod. de rescind. Vendit. uti nequit.

POS. XVII.

Querela de læsione enormi datur etiam locatori & conductori, quamvis alij contrariam sententiam veritati magis esse consentaneam probare allaborent.

POS. XVIII.

POS. XVII.

Remedium prædictæ legis de rescin-
lenda Venditione secundum Jus Roma-
num locum non habet in Venditione, quæ
sub hasta facta est. Jure tamen Gallicano
liter constitutum reperimus apud *Loiset
Instituts Coutumieres L. III. T. IV. n. 8.* qui
& testimonium *Caroli Molinæi* de pluri-
bus Arrestis in hanc rem latis affert, & Ju-
dicium ejus subjungit, *quod lex hac Roma-
norum iniqua sit, atque proprietario &
creditoribus injuriosa, nec in bona Politia
toleranda.*

POS. XIX.

Contractus Emptionis Venditionis ad
sui substantiam nihil requirit, nisi consen-
sum de re cum certo pretio permutanda.

POS. XX.

Simulac arrha accessit Emptioni per-
fectæ, non potest ab ea recedi, ne quidem
sub dispendio arrharum. Aliud est, si ac-
cedat Emptioni perficiendæ.

POS. XXI.

POS. XXI.

De eo dilquiritur, an arrha sit contractus specialis? Nos haud moti eorum, qui affirmativam defendunt, autoritate, negantibus damus calculum.

POS. XXII.

Quæritur, an necessario requiratur in Lege Commissoria diei certi expressio, intra quem pretio non soluto res inempta esse debeat? Respondemus negativè.

POS. XXIII.

Vendita hæreditate Jus accrescendi simul ad Emptorem transire negamus.

POS. XXIV.

De eo etiam controvertitur, an Emptor, si læsus fuerit & Venditor Contractus rescissionem elegerit, ad rei restitutionem cum fructibus teneatur? Nobis negativa arridet sententia.

FINIS.

Diss. jur. no. 176, 32